



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

104. Quidam Religiosus, cum in casum reservatu[m] incidisset, ex  
industria cuiusdam negotis se transtulit in aliam civitatem, ut ibi  
absolveretur; quæsivit, an valida fuisse illa confessio? Et ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

# De Dubiis Regularium. Resol. CIII. &c. 77

gendarum esse facultatem absoluendi à reseruatis. Nam  
dico hoc etiam respondeo, quod si talis Religiosus extra Monasterium  
se inuenierit, non habens expressam licentiam  
sui Prelati, ut absolvatur à casibus reseruatis, atque  
que sine scandalo non potest non celebrare, tunc in  
tali causa bene potest accedere ad celebrandum; nam  
idem exitimandum est de illo, ac si non haberet  
copiam Confessoris: satisque illi est, ut procuret ha-  
bere contritionem. Ita Miranda, & ego.

## RESOL. CIII.

*An Regulares extra Monasterium existentes possint à  
peccatis reseruatis absoluiri?*  
Et an hoc non valeat pro casibus ab ipsiusmodi superioribus  
reseruatis? Ex part. 8. tractat. 7. & Msc.  
Resol. 78.

**A**ffirmativè respondet Eusebius de Herre-  
ra in decisionibus moralibus. dics. 9. numer.  
23. vbi sic afferit: Aduerto, que Innocentio Orlano  
concedidò à los Padres del Orden de Predicadores, Mo-  
nachos extra Monasterium Ordinis existentes de li-  
cencia suorum superiorum, cùcumque Regulari seu  
seculari Sacerdoti consenserit posse, & cum eo à quo-  
cumque crimen quomodounque reseruato, sicut  
Confessores Ordinis eos absoluere, & cum eisdem  
dilipendere possint. Yesta concession èsta en pè ydella se  
haze mencion en el compendio del Cistel, §. 5. y la trae  
Manuel Rodriguez tom. 1. question. 62. articul. 5.  
de donde consta, que los Religiosos que se podesen  
ser absueltos de los casos reseruados por qualquier Con-  
fessor de su orden aunque no tengan las voces del super-  
ior. Item, los Religiosos que andan fuera de la or-  
den confesante con qualquier confesor aproviando regu-  
lar, o secular, el qual los puede tambièn absoluere, de  
los reseruados conforme à tenor de la clausula, y para  
ello no es necesario pedir licencia expresa al Prelado,  
sino que basta la presumpcio. Como lo tiene Angles, en  
su summa libro 4. quæstione 8. de Confess. articul. 8.  
difficult. 2. Silvestro verb. Confessor 1. numer. 6. y  
lo insinua Rodriguez. vbi supra. De donde se colige  
que los dichos Religiosos quando andan fuera de sus  
Conventos, pueden usar con mayor seguridad de la  
facultad de la Bula, pues demas de los fundamentos  
que pusimos tienen esta concession de Innocentio Orlano,  
para poder ser absueltos de los reseruados, de la qual per  
participationem gozan todos los demas mendicantes.  
Ita ille.

2. Sed nota, quod hoc priuilegium non valet pro  
casibus reseruatis ab ipsiusmodi superioribus Regu-  
larium, nam Innocentius afferit, Regulares existentes  
extra claustrum, posse absoluiri à secularibus, sicut Con-  
fessarii Ordinis poterant illos absoluere. Sed Ordini-  
num Confessarij non possunt illos absoluere à casibus  
superioribus reseruatis sine eorum licentia. Er-  
go, &c.

3. Nec sufficere, ut vult perperam Herrera, in  
nro cau. præsumptam superioris licentiam, ego  
alibi facis probauis quoad verò facultatem tenui  
privilegio Bullæ Cruciatæ nominatio contra Herrera-  
ram facis docte. & latè disserit nouissime, me citato,  
P. Lugo de Sacrament. Paienties, d. sp. 1. sett. 1. num.  
maxime post Bullam sanctissimi D. N. Urbani VIII.  
vt etiam, me citato, tenet tandem Aegidius Trul-  
lech in secunda editione Bullæ cruciatæ, vbi latè hanc  
pertractat questionem; licet tanquam probabilem  
almitat contrariam sententiam P. M. Candidus,  
tom. 2. disquis. 24. artic. 62. dub. 4. qui tamen nullam  
facci mentionem de supradicta Bulla Pontificis Ur-  
banii VIII.

bani VIII. quod miror, cum Romæ scripsit, & sit  
diligentissimus unde nostram sententiam maximè post  
dictam Bullam Urbani VIII. tenendam esse, docet  
Gavantus in Manual. Episcop. verl. Regularium uora  
sub Episcopo, n. 84. vide etiam Barboam in collect. v.  
Bulla, quibus omnibus additum non fuit. Ioan. Macha-  
dum de praefect. Confess. tom. 1. lib. 1. part. 2. tr. 3. do-  
cum. 2. n. 4. vbi me citato, scilicet dicta Bulla Urbani  
VIII. nostram sententiam tenet.

## RESOL. CIV.

*Quidam Religiosus, cùm in casum reseruatum incidif-  
set, ex industria cuiusdam negotij se transstulit in aliam  
ciuitatem, ut ibi absoluenter, que sunt, an validas uis-  
set illa confessio?*

*Et explanatio etiam idem quod si secularis ex S. Car-  
dinalem Congregatione, id est, quod casus reseruati  
non possint absoluiri etiam à Confessario pro illo loco, in  
quo non sunt reseruati, si penitentis malitiose discedat  
à sua Diœcesi, in qua sunt reseruati, & tendat ad  
Confessarium alterius Diœcesis. Ex p. 6. tract. 7. &  
Msc. 2. Resol. 57.*

**S**i. **A**ffirmativè ad hunc casum respondet Ste-  
phanus Bauni in Theol. moral. part. 1. tract. 4. qual. 8. dub. 5. vbi sic ait. An si Religiosus ha-  
bens casum reseruatum, eo appellat, vbi non est, de eo  
absoluiri possit à qualibet de expositis in eo Cœnobio?  
Respondendum posse, causa est, quod in absoluensi-  
do, leges quisque seæ Provincie, Cœnobij aut Epis-  
copatus sequi debet, & non alterius: ergo si in eo  
Conuentu, ad quem ex itinere Regularis deflexit,  
peccatum cuius est ipse confesus, non est de numero  
reseruatorum in eo Cœnobia, de eo à Confessario  
qualibet, qui autoritatem ad cetera remittenda con-  
munit habet, absoluiri poterit, etiam si dedita opera  
et predictus penitentis venisset, ne se Superiori pe-  
tende venia causa cogeneret sistere. Ita Bavny.

2. Sed contrariam sententiam tenet Zambellus in  
Repert. mor. ver. casus reseruati, num. 26 vbi sic afferit:  
Casus reseruati non possunt absoluiri etiam à Confes-  
sario pro illo loco in quo non sunt reseruati, si pen-  
itentis malitiose discedat à sua Diœcesi, in qua sunt  
reseruati, & tendat ad Confessarium alterius Diœcesis,  
ex S. Congreg. Card. die 19. mensis Nouemb.  
1616. & hanc opinionem sequi videtur etiam Lupus  
de cas. reseru. p. 1. art. 8. art. 2. difficult. 1. n. 3.

## RESOL. CV.

*An Confessarius secularis possit absoluere Nonitios Re-  
gulares etiam à peccatis in Religione reseruatis? Ex  
p. 3. tract. 2. Ref. 4.*

**S**i. **N**egatiuum sententiam tenet Peregrinus in Sup. hoc is  
comment. ad nostras constitut. part. 2. cap. 5. R. 1. q. & in  
lit. K. vbi sic afferit. Aduerti debet, quod Nonitio-  
rum confessiones audiendi cora soli Magistro No-  
nitiorum committi debet, sicut tamen vel bis in  
anno, id etiam licebit Superiori, vel cui ille comi-  
dit, ut patet ex decreto Clementis V. I. I. in illis  
verbis, Quilibet Nonitius, &c. & ex hoc decreto ap.  
3. R. 5. §. 2. parat manifestè quod nullus aliis præter nominatos  
in dicto decreto habet facultatem audiendi confes-  
siones Nonitiorum, & si alij de facto audire & ab-  
soluant, confessio erit nulla ex def. & potestatis  
Confessarij. Ita ille qui nullam auctorem pro hac  
sententia adducit: sed poterat, nam illam tenet etiam ex

G 3 nostris